Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Impedimenta

asperitates et prolixitates itineris. Obstacula sunt

maculatus. n. dicitur quis per separacionem ab
ad mixtione macule. quia sicut dicit Gregorius Mor.
lib. v. Nulla bona nisi pura deo accepta
sunt. que per malorum admixtionem non maculantur.
¶ Unde notandum est quod generaliter iiij sunt impe
dimenta viarum. scilicet pericula. offendicula. ob
stacula. et macula. Pericula sunt timores
hostium et latronum. Offendicula sunt impe
dimenta in viis et aquis. Macula sunt luto
sitas et lubricitas viarum. ¶ Prius igitur vita
que est via ad futuram habet omnia ista in se
proprie. Pericula itaque hostium et latronum sunt
demones et mali homines que sunt cavendi
per custodiam mentis et vigiliam. Math.
x. Cavete autem ab hominibus etc. Offendicula
asperitatum et prolixitatum sunt temptaciones et per
plexitates cogitacionum que sunt repellende
per sanctam oracionem et spiritus prudenciam. i. Petri iiij.
Estote prudentes et vigilate in oracionibus
etc. ¶ Obstacula sunt tribulaciones et per
secuciones thyranorum. que sunt suscipien
de per tollerancias et superande per constanciam.
Joh. xvi. Confidite quia ego vici mundum
Act. xi. per multas tribulaciones oportet
nos intrare in regnum. ¶ Sordes vero
et macule vie sunt vite immundicia cum mentis
inconstancia. Treu. iij. lubricaverunt ves
tigia nostra mitiere platearum etc. Hec est maxime
et magis periculosum impedimentum in via retra
hens viatorem a consecucione termini et finis
quem intendit unde dicitur Treu. i. Sordes eius
impedibus eius nec est recordata finis sui
Sordes enim vie impedibus i. immundicia
in affectibus cordis que disponunt ad incon
stanciam et dementur constanciam concipien
di propositi in bono: faciunt hominem non

recordari finis sui unde sicut Gregorius. Ad magnam
iusticiam pertinet iudicantis ut numquam care
ant supplicio qui si semper vixissent numquam
voluissent carere peccato. Ex quo patet quod af
fectus peccandi non mutatus est cum perpetui
supplicii. ¶ Et propter hoc cum tot sint impedi
menta occurrencia viatori: signanter non
dicit Beati securi ab hostibus vel infatiga
ti ab asperitatibus vel libri a tribulacionibus
et a persecucionibus in via: quia si ista recte tolle
rantur et vincuntur faciunt ad meritum maius et
coronam. Sed beati immaculati in via: quia scilicet in
terminum vie. i. in regnum dei. nec intrabit in
mundum vel inquinatum. Macula igitur in via
simpliciter et per se disponit in contrarium
ipsius finis. scilicet consequende beatitudinis: Unde
signanter et proprie dicitur. Beati immaculati in via
¶ Vel intelligitur secundum Ambrosium. In via. i. in Christo:
quia Christus est via. Joh. xiiij. Ego sum via veritas
et vita. scilicet via ducens. veritas instruens.
vita reficiens. Sed via ad ambulandum
veritas ad perveniendum. vita ad permanendum
unde Ambrosius super illud Luce. ij. Pate viam domino
etc. Viam domini parare iubemur non terrenam
aggerem itineris sed fidei devocionem. Si quis in
hac via fuerit moribus asperum: crudelitate
durum. conversacione pollutum: iubemur exe
quare. componere et mundare: ut superveniens
dominus non offendatur sed reperiat castitatem
puram fidem veram. vitam placitam
pietatis operibus eminentem. In hac autem
via que est Christus non sunt pericula nec timo
res. sed plena salus et securitas unde Aug.
de verbis domini. liiij. Securi ambulemus in via
que Christus est quia in hac via non audet inimicus
insidiari. sed insidias timeamus iuxta